



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LXXXII. Sancti Patris Benedicti. M.C.II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

cuit, ita ut inexplebili cupiditate, ad altiora semper anhelaret atque exardesceret; eò denique progressus, ut & Republicam Christianam, universam, insignis ingenij foetu demeretur, & gloriam sibi compararet sempiternam. Plurima enim ex Damasceno, Chrysostomo, Basilio ceterisque sanctissimis Divinae Legis interpretibus, ac potissimum ex illo singulari Scriptore Gregorio Nazianzeno, qui Theologi nomen est meritus, doctissimè fidelissimèque transtulit, sed & plurima sui ipsius ingenij monumenta reliquit. Eo autem in omnibus vigore tanquam ad scopum sua omnia direxit, ut DEI gloriam Catholicæque rei gloriam & firmamentum quaereret, cætera omnia tamquam fluxa & caduca generoso animo despiciens, talentis sibi à Domino creditis, usus est ad Domini intentionem. Familiarissimum habuit miraculum sæculi hujus Illustrissimum Gilbertum Genebrardum nostrum, Archiepiscopum & Patriarcham Aquensem, apud quem Lutetia, dum parùm firma valetudine hospitatur & Gregoriana versionis nuper à se recognita editionem meditatur novam, sub exitum anni 1581. phusis extinguitur anno ætatis 48. sepultus ad fanum S. Severini. *Ex Mssio. R. P. Antonij de Secla &c.*

*Dei gloria
promoven-
da ædificus.*

*Joannes
Abbas S.
Salvatoris.*

Antverpiensis Urbis gloria singularis, cætera splendidissima, nitidissima è gemmis Vivis gemma, Joannes de Mechlinia Sancti Salvatoris ibidem Abbas ad supera accersitum. Præsul vitæ integerrimæ, Immaculatæ Virginis DEI Matris MARIÆ cultui longè addictissimus, hospitalitate & benignitate Benedictina longè celebratus, virtutis pietatisque odore omnibus amabilis, cum triennium solummodo præfuisset, laboribus eximitur & ad requiem æternam evocatur. *Ex monim. ejusd. Cenobij.*

Ad gaudia Angelorum sempiterna pro vitæ meritis evocatur, Sanctæ memoriæ P. D. Apollinaris à Bauuco Asceta sacri Montis Casini, qui ab adolescentia sua sub Lauro sive Laurentio Abbate Monasticen professus & sanctè institutus, exin vitam potius Angelicam quam humanam duxit, per triginta annos & Decanum & Magistrum Novitiorum agens, eruditione

non minùs fulgens quam sancto vitæ exemplo. Obijt denique hoc anno quam felicissimè in Vigilia S. Joannis Baptistæ dum in Missa hymnus Angelicus gloria in excelsis DEO cantaretur. *Ex monim. Casin. per Placidum Rom.*

Nec minor fama & re ipsa Joannes alter, inferioris item Germaniæ gemma S. Martini Tornacensis Abbas, familiae Illustri de Quesne, ipse longe illustrior omni Virtute cultissimus exstitit, ab insigni animi integritate, frugalitate sive sobrietate, & prudentia commendatus. Fuit admirabili erga pauperes misericordia & munificentia, imò in omnis generis homines adeo erat beneficus, ut neminem tota Urbe Tornacensi reperires, qui ejus beneficentiam non expertus, solemner deprecaret. Multa à Geusijs expertus & peressus, patientiæ meritis, & constantiæ Trophæis illustrissimus, felicissima morte carne solutus est, post Majoris Missæ Officium in Choro, & inter Divina officia, à quibus nulla negotiorum mole, abstrahi se patiebatur. *Ex Monumentis ejusdem Cenobij.*

IESU CHRISTI ANNUS. M. D. LXXXII.

Sancti Patris Benedicti. M. C. II.

RES admiranda! quanto deterior in mala omnia præcipitio probabitur hoc sæculo solutus in omnem licentiam, exemplo & prædicatione invalescentium Hæresum & Hæreticorum infelix mundus, tanto valentius invalescit apud nostros mundi detestatio & contemptus viris non solum generis nobilitate præstantibus, sed & juvenibus delicatissimis, Barrerij nostri rigorem, ambientibus & amplectentibus; tanto quidem ad ipsum ejusmodi candidatorum confluxu, ut paulo post ducentos in suo Fulienfi Cenobio Religiosos numeraret; omnes unanimitè, absque ulla contradictione, ejdem arctissima disciplinae ultro neè deditos, omnes revera non tam Confessores, quam Martyres, & quidem gravi & diuturno Martyrio sese Numini immolantes & quotidie consecrantes. In quibus manifestè DEUS, suæ potentiam dextræ mundo exhibuit, dum, quod alias carni intolerabile videbatur, adeo suis servis, tanta alacritate sibi servientibus dulcoravit,

ut

*Joannes
Abbas S.
Martini
Tornacensis.*

*r. Joan.
Barrerius
& numerus
suorum &
meritis &
getur.*

ut in seipsis damnarent, non duriora & acriora pati, ita ut retinendi à Bar-
 rero & subordinatis Superioribus es-
 sent, ne nimirum jejunia extraherent,
 seque totos exhaurirent & conficerent.
 Et quis imaginetur satis tantos ab hoc
 rigore in spiritu profectus? quis sola-
 tia illa Divina? quis Virtutum exer-
 citia? ut facile hinc animadvertis; quan-
 tas à Numine accipiant gratias, qui ul-
 tro & sponte omnem execrantur car-
 nis & propriæ voluntatis licentiam,
 sanctissimæ Regulæ agnoscunt jugum
 suavissimum; nulli unquam Religio-
 forum durum, quam qui post solem-
 niter devotam Numini & Superiõri-
 bus voluntatem, eamdem audent re-
 sumere: eò ipso quamprimum vindi-
 cem Numinis gladium experti, & ex
 Paradyso Voluptatis ejecti; in quo tam
 dulciter sese versari Fulienses experi-
 ti; quanto plus abstinuere à solatijs,
 potu & escis temporalibus; tanto mag-
 is perfusi sunt Paradyfi voluptatibus;
 in ipsum etiam corpus redundantibus;
 ut etiam quibuscunque contuentibus
 hilaritas eorumdem, generositas, &
 vigor, admiranda apparerent. *Ex
 Philippo Malabayla & morim. Tulien-
 sium.*

*Exempla
 in Ordine*
 Exempla alia patientiæ Martyrum
 proximæ hoc ipso producenda ex Or-
 dine infinita essent, quibus Deus per-
 ditissimo hoc & turbatissimo sæculo
 suos strenuè exercuit, & instar Job in
 persecutione tot Hæreticorum, in Gal-
 lia, Germania, Anglia probavit; uni-
 cum unius formina; co generosius, quo
 infirmiore in seculo memoremus: Hæc
 fuit Anna cognomento Toschel, Ab-
 batissa Ordinis nostri Rigensis in Li-
 vonia, quæ admiranda prorsus con-
 stantia, fide, & patientia cælo terris-
 que se probans, inter juratissimos Ro-
 manæ fidei hostes, DEO promissam
 Virginitatem constantissimè servans
 in violatam, innumeris tribulationibus
 exercita, exemplar solidioris patientiæ
 plusquam virile universis exhibuit, in-
 superabilis inter tot cerberos inferna-
 les animi incomparabili magnanimitate.
 Quæ cum triumpharet quoti-
 die de insultantibus omnibus, à nemi-
 ne triumphata, vetula admodum, à
 Divino procul dubio Spiritu & sancto
 Zelo vegetata, anno demum ætatis suæ
 centesimo & trigésimo, ad requiem &

præmia vocata æterna, juventute Aquila
 renovari meruit, adscripta felicis-
 simæ æternitati hoc ipso anno die 82.
 Januarij. *Ex Constant. Caiet. & Vita Ty-
 pis vulgata.*

Claret sub hoc tempus in Mona-
 sterio Casinate Joannes Evangelista,
 Neapolitanus ex Illustri familia Mor-
 miltiorum, cui revera uti Dilecto Do-
 mini Joanni, nihil curæ magis in om-
 ni vita fuit, quàm amor & honor Ad-
 mirabilis Matris Virginis promovendus,
 cumque ingenio valeret atque eru-
 ditione, illius insignibus relictis mo-
 nimentis, alia inter scripsit librum fa-
 cri fervoris plenum de Laudibus Cœ-
 li Imperatricis. Psalterium item ejus-
 dem elegiacè. Item patriâ linguâ de
 Laudibus Eiusdem, DEI Genitricis.
 Commentarium item in librum Peri-
 hermenias Aristorelis. Item in Epi-
 stolas Pauli, & plura alia. *Ex libr. 2.
 Vir. Ill. Casinatum.*

Moritur hoc ipso etiam anno, vir
 meritissimus & æternæ memoriæ Ab-
 bas Marchianensis Arnoldus Gantho-
 is: inter alia merita, constructo cele-
 berrimo & sumptuosissimo Collegio
 ad utilitatem studiosorum in univer-
 sitate Duacena commorantium, verè
 immortalis, in cujus Collegij templo
 tanquam Fundator sepultus, in omni-
 um studiosorum animis perennat. Ut
 mirari satis non possimus, brevissimo
 tempore in solo Belgio tot à nostris
 excitata Collegia, tantisque sumptibus
 & successibus promotæ litterarum &
 artium liberalium studia, dignisque
 referre gratias nostris posteris nun-
 quam sufficienter possint, ob majorum
 æque ac posterorum totiusque Rei-
 publicæ inde necessario consequentem
 utilitatem. *Arnoldus Duacensis &c.*

Florent in Belgio item inter litte-
 ratos Carolus Blendæque Atrebas præ-
 dicti Abbatis discipulus, Asceta Mar-
 chianensis, qui scripsit Historiam quin-
 que partitam de Energumenis, alias it-
 em Historias memorabiles, transtulit-
 que ex Latino in Gallicum sermonem
 Violam Animæ, Raymondi Sebonij,
 librum exquisitæ utilitatis: & Eutici-
 us Cordes Antverpiensis & ipse Belga,
 sed in Italia degens, Monachus sanctæ
 Justinae de Padua, & ejusdem le-
 ctissimæ Congregationis Abbas, qui in
 Concilio Tridentino inter reliquos Pa-
 tres

*Obijt Ar-
 noldus
 Ganthois
 Abb. Mag-
 ebia,*

*Carolus
 Blendæque
 M. erudi-
 tus,*

tres haud minimum gloriae retulit. Reliquit nonnulla egregij ingenij monumenta, eaque inter:

Commentaria in omnes Epistolas Sancti Pauli.

Commentaria in Symbolum Apostolorum. Dictionarium Biblicum, & plura alia.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.LXXXIII.

Sancti Patris Benedicti. M. C. III.

V. Placidus
Fractensis.

Vivere sub hoc tempus in terris desijt sanctae memoriae Frater Conversus Placidus Fractensis ex Urbinate Principatu ortus, Montis Coronae Monachus, Regularis vitae observantia acuratiore praecipuus. Is naturali quadam gravitate praeditus, statura procerus, corpore robustus, viribus corporis bene usus, eas in opere manuum quotidiano, & ad Caenobij utilitatem quam ferventissime adhibuit. Litterarum rudis licet, ingenio tamen sagax, ac iudicio praestans fuit. Silentij observantissimus, obedientiae studium in praecipuis semper habuit. Oeconomiae labores subire coactus, summaque alacritate aggressus, de Spiritus cura nihil prorsus remisit, sive iter faciens, sive manibus laborans, domi vel foris agens, Regularia jejunia, Congregationisque noviter susceptas panis & aquae abstinentias, nunquam praetermisit. Denique in controversijs componendis speciale donum a Deo habuisse, omnes qui cum noverant, certum habuere: ideoque quoties inter paganos illos Fractenses aliqua jurgia nascerentur: *adeamus, aiebant, Fratrem* [sic enim per Antonomasiam vocabant] *& quidquid ipse dixerit, sequamur.* Vixit annos 78. in Religione ss. a viris perfectissimis sanctissimae illius Reformationis maximi habitus, etiam miraculis claruisse non legatur, inter praecipua tamen Ordinis decora numeratus. De hoc Lucas Ruhensis: Quantum iste Religioni profuerit, si plene ostendere velim; novo ac longo tractatu opus esset. *Ex Hist. Mont. Coronae, Luca Ruhensi &c.*

Controversiarum sollicitudine.

V. Athanasius de Villa Gomez.

In Hispanijs magnis efflorescit Virtutibus & signis sanctitatis R. P. F. Athanasius de Villa Gomez Monachus Nicalensis, qui postquam in assidua contemplatione, spiritus puritate, & carnis maceratione ac mortificatione vitam sanctissime traduxisset, exul-

tans & laudans, incertum quo anno, animam in manus Creatoris exspiravit: ex cujus postea ossibus, odor suavissimus, omnium aromatum fragrantiam superans, & verè coelestis erumpens, multis post obitum annis, referato fortè fortuna ejus sepulchro rotam Basilicam implevit, & insigni admiratione, uti & consolatione, universos qui aderant affectu & recreavit. *Ex Menol. nostro & Henrici.*

Montis Coronae possessione felices Camaldulenses nostri Reformati, vulgo Grottani, quem ante quinquennium donatione Illustrissimorum de Carassa Comitum obtinuerunt, exinde Monachorum & Montis Coronae nomen, ipso primum summo Pontifice Gregorio XIII. illud imponente, usurparunt. Floruitque deinceps novo fervore Ordo, & locus ipse ob sanctitatis famam, toto mox orbe depradicatus, innumera paulo post peregrinorum multitudine frequentatus, imo ab ipsa Deipara, singulari sua praesentia, honorari visus, quem magnis Gratiarum & Beneficiorum signis, gratissimum se habere comprobavit. Quantum autem inde in Ecclesiam ab exemplo Monachorum tam sancto atque mirabili fructus redundarit, redundetque usque hodie, ijs explicandum relinquimus, qui ad Montem aliquando illum inviserunt, & peregrinati sunt, cum ad solam ejusdem aere vulgatam imaginem, sacro quodam horore, & Religione intuentium animi illico occupentur, & ad Deum & Dei parentis amorem ac laudes excitentur. Sed de viris sanctissimis & Illustrissimis Eiusdem sacrae Congregationis hoc ipso saeculo viventibus, consulendi *August. Florent. & Lucas Ruhensis.*

Grottanorum Reformati.

Magnus ab ea Praesentia.

Valedixit mortalibus hoc etiam anno Hermannus cognomento Rave S. Jacobi Leodiensis Abbas, a magnis Virtutibus celebratus, quem monumenta Caenobij his ipsis Verbis celebrant: Vir admodum Venerabilis, pauperum, peregrinorum & aegrotantium consolator misericordissimus. *Ex monim. ejusdem Caenobij.*

Meronianus R. P. Abb. Leod.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.LXXXIV.

Sancti Patris Benedicti. M. C. IV.

Balthazaris à Dernbach Abbatis & Principis Fuldenis, quantumcunque

Balthazar Abb. Fuldenis pergit merui.